

PER-ILLVSTRIS, GENEROSISSIME,  
SVMME REVERENDE, MAGNIFICÉ,  
DOMINI  
PATRONI MAGNI.

**N**e duplici nomine in audaciae suspicio-  
nem apud alios incurram, uereor, qui mo-  
do argumentum in me suscipiam de-  
monstrandum, literarum amantibus fere omnibus  
adhuc incognitum, modo Vestra grauiora & ad  
emolumentum publicum accommodata in primis  
consilia dissertatione hac mea interpellem. Vbi  
uero experientia iterum iterumque conuictus sim  
propria, suspicionis larua Vos, O DOMINI, nequa-  
quam terreri, sed perspecta causa omni, sententiam  
ferre aequam ac suum cuique tribuere, uereri de-  
sino, & consilium iam pridem susceptum, nec te-  
mere, persequendum in praesens, puto. Numen  
Dei, quem illibata colere conscientia ex Ipsiusmet  
gratia & a teneris studui, testor, non ostentandi  
causa aut rixandi pruritu inductum, hanc, cuius Vos  
certiores reddere ante trimestre spatium coram li-  
cuit, sententiam me defendendam, selegisse. Ipse  
dissertationis tenor, causa, qua ad scribendum im-  
pulsus sum, detecta, innocentiae meae praesidium  
erit, praecipue apud Vos, VIRI MAGNI, ad quos  
A 2 deuote